



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro  
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad  
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones  
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

**Dusault, Nicolas**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660**

§. 4. Qui dat corpori formam & staturam, tribuet etia[m] reliqua illi  
necessaria. Tertia

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

*Qui dat corpori formam & staturam, tribuit etiam reliqua illi necessaria.*

**C**Hristus Dominus ac Magister nos-  
 trus, ut apud eundem S. Matthæum cap. 6. testatur,  
 adjunxit considerationem in hanc sententiam.  
*Quis autem vestrum cogitans potest addere unum  
 cubitum unum ad staturam suam?* *Cogitans*, non habet  
 participium latinum: *Cogitans*, non habet  
 vim atque energiam, quam habet *Cogitatio*,  
 cum *respiratio*, quod significat ruminare,  
 studio & cogitationem in diversa parte.  
 Quod autem dicit de statura corporis, id  
 dici potest de magnitudine honorum, dignita-  
 tiarum, aliorumque bonorum quæ non  
 nostra, ideoque quæ ipse omnipotens  
 sua staturam corpori nostro determinavit,  
 illique suam tribuit proportionem & dimen-  
 sionem descripsit, eadem definiuit cetera  
 nostra, iisque terminum ponit pro  
 placito suo, quem nullis viribus nostris  
 hisque laboribus proferre ac dilatare possumus.  
*Quia neque ab oriente neque ab occidente  
 neque à desertis montibus, quoniam Deus*

I. 4. 11

dex est, hunc humiliat, & hunc exaltat. psal.  
 74. Quarene felicitati temporum, nec ho-  
 minum industriae, nec opportunæ occasione  
 adscribas secundam fortunam & optatos, si  
 quos fortitis rerum tuarum successus. Deus  
 est qui determinat, qui ordinat, qui dividit &  
 distribuit omnia, pro ut ipse iudicat expedire  
 ille pauperem facit & ditat; humiliat & sub-  
 levat; suscitatur de pulvere egenum, & deponit  
 potentes de sede. incrementum dat & decre-  
 mentum quibus voluerit. Nisi Dominus cuo  
 sideris civitatem, frustra vigilat qui custodit  
 eam psal. 127. Quasi dicat Propheta: sine Dei  
 auxilio humana præsidia, munitiones & ap-  
 paratus bellici urbi non proderunt, nec ho-  
 stem excludunt à mœnibus. Eodem refertur  
 debet quod Sapiens adnotavit in proverbijis  
 in te familiari discrimen inter homines: Alij,  
 inquit, dividunt propria & ditiores fiunt, alij  
 rapiunt aliena & semper in egestate sunt. Un-  
 de hoc, nisi à Deo, qui benedictionem suam  
 impertit illis, his meritò subtrahit? Quid ergo  
 anxius geris sollicitudines & affligis te pro  
 huius vitæ bonis, quippe quæ non à tuâ pen-  
 dent sollicitudine sed à Dei munificentia. Il-  
 lius te sanctæ providentiæ sine anxietate cõ-  
 mitte, qui corporituo organa contulit, facul-  
 tatesque congruas, non decrit in providendis

medijs ad illorum conservacionem necessarijs. Facilius siquidem est supeditare hominum alimentum quam sufficere vires & facultatem illo ipso utendi & convertendi instantiam aliti. Cum igitur quod difficilius tam liberaliter donavit, noli existimare quod facilius est, tibi denegaturum.

## §. V.

*Fiducia in Deum non debet fovere negligentiam & otium.*

**A**T dicet aliquis: conferam ergo manum in sinum expectans dum Deus ampleat promissa sua & praestolabor in otio vineae providentiae munera? Quid verum erim faciet familia mea, quid comestur, quid gomet ipse, & quid fiet bonis haecenus a me partis si non ea labore atque industria contutus fuero augere? Verum facile respondeo ad hanc imperitorum objectionem; ut mediocriter sapienti satisfaciat, Tantum enim abest ut Deus nos velit in otio vivere, ut illud vel maxime prohibeat & in sudore vultus jubeat nos lucrari panem nostrum. *Labores manuum tuarum quia manducabunt, & non manducet.* Non tamen vult Deus, ut hic labor cum anxietate & nimia sollicitudine a nobis